27. Aprilis.

I. CONCIO.

PARASCEVE Quod Judæis dictum fuit. Eſa. 1. 4. Hoſ. 4: 1. 2. 4. Ezech. 12: 2. Idem nobis dictum putabimus, qvi necdum vitam magis qvam Judæi emendavimus, qvamvis duræ ex Prophetis vet. Teſtamenti multis retro annis, nobis propoſitæ ſint conciones pœnitentiales, qvibus ad maturam pœnitentiam moneri nos voluit Rex noſter clementiſſimus. Scilicet vel textu matutinæ huic concioni deſtinato innuit, ſecuros eſſe patriæ noſtræ incolas, ſimilimos qvoad vitam corruptam peſtilentiſſimis illis hominibus, contra qvos Timotheum ſemper paratum eſſe voluit APoſtolus Paulus. Itaqve cum rurſus ſolennem pœnitentiam exigat hoc die Rex pius, precibus ac omni diligentiâ Chriſtianâ annitamur, ut ſit vera & ſeria noſtra pœnitentia in Chriſto Ieſu!

Textus 2. Tim. 3. v. 2. 3. 4. 5.

De Polycarpo Epiſcopo Smyrnenſi, qvi diſcipulus putatur fuiſſe Ioh. Evangeliſtæ, Scribit Euſebius, eum ſuo jam tempore exclamaſſe: O *Domine, in qvæ nos reſervaſti tempora!* Si 1500 abhinc annis fermè ita dicere potuit ille de corruptis ſeculi ſui moribus, qvid dicendum erit nobis, qvi ad extrema jam tempora devenimus, non meliora, verum multo pejora; tempora veré mala. Eph. 5: 16. miſerrima. Jer. 50. triſtia Dan. 9: & 12. quibus hominũ adeò magna eſt malitia, ut nihil ſupra. Qvoniam accedit finis mundi, errores creſcunt, crebeſcunt terrores, creſcit iniqvitas & infidelitas. Aug. Non a. ſufficit nobis cum Polycarpo clamaſſe

masse: O Domine, in qvæ etc. sed qvo periculosiora sunt, eo cautiores simus, ne commune malorum diluvium nos una cum impiis abripiat.

Hoc 2. ostendit Apostolus, dum

1. Mores hominum perversos depingit.
2. Eos ipsos monet esse vitandos.

I. Docebat Apostolus in priori Epistola Timotheum, utpote juvenem adhuc studiosum Theologiæ, qvo pacto Ecclesiæ cum fructu præesse posset. Iam itaq; in posteriori hac Epistola hortatur illum, ut urgeat inceptum Evangelium, cum instarent tempora periculosa, qvibus non opus erat deserere stationem. Hinc varii generis vitia vitiososq; homines tangit & nominat

1. *Sui amantes*, qvi plus de se ipsis sentiunt, quam recta ratio, ipsaqve veritas admitit, qvi omnia ad sua referunt commoda, aliosq; præ se contemnunt. Talis Pharisæus ille. Luc. 18. 9. Nebuchadnezar Dan. 4. 27. Dives ille colonus. Luc. 12. 18. Aliter Paulus, ne qvis de se arroganter etc. Rom. 12. *Qvid enim homo post lapsum? peccator. Qvomodo homo justus coram Deo.* Iob. 25. Si dicerem me justum etc. Iob. 9. Non enim qvi seipsum commendat, probatus est. 2. Cor: 10. 18. Sed qvemadmodũ Simia catulos, ita talis supra modum se diligit. verum fallitur Gal. 6. 3. Philautia multas facit simias, dixit nonnemo. Sic rectè heic primo loco ponitur, utpote origo reliqvorum peccatorum. Qvod decem præcepta percurrendo poteris demonstrare. Hominis nam-

Hinc transit [illegible] fætus ipsius Apostolus, & [illegible]onit

2. *Loco, Avaros.* Qvi aurum & argentum immodicè amant. Nam qvi sibi ipsi placent, sibi uni etiam omnia deberi facilè autumant: ideo sub specie recti perfas & nefas corradunt undiqvaqve, ubi aliqvid conqvirere possunt. Avaritiam esse maximum peccatum ostendit Paulus 1: Tim. 6: 10. ubi radicem vocat omnium malorum. Nam ut satum â radice, qvicqvid habet virium, trahit; sic ex avaritia, qvilibet nascuntur pessimi fructus, Mali videlicet & culpæ & pœnæ, qvà animam, conscientiam, corpus, opes, existimationem, vitam, & æternam beatitudinem, conf. 1: Tim. 6: 11. Hab. 2. Amos 9. Coll. 3: Esa. 3: Eccl. 5: Syr. 14: Prov. 15: 1. Cor. 6.

3. *Fastuosos & superbos,* Qvale vitium plerumqve solet seqvi divitias. De hoc vitio egregiè Tob. 4: 14. Huc accedunt Deut. 8: Syr. 3: Prov. 25. Syr. 11: Rom. 11: Rom. 12: Phil. 2: 1. Tim. 6. 1. Joh. 2.

4. *Blasphemos.* In Deum nimirum & homines. Qvales Pharisæi. Matth. 9: 3. qvos inultos non relinqvet Deus. Exod. 20: Nam væ illis, dicit Esa, Cap. 1. adde Joh. 3. Num. 23: Syr, 35: etc.

5. *Parentibus immorigeros.* De qvibus Mich. 7: 5. 6. *Hi vel auditores* non obediunt doctoribus suis. *vel subditi magistratibus, vel liberi parentibus.* verbo: qvi superiores non curant, nulliusqve monita admittunt: Parentum namqve nomen in genere complectitur

plectitur omnes, qvi nobis præsunt.

6. *Ingratos.* De qvibus Syrach. 12: 5. Hi nihil qvicqvam proximo se debere existimant, qvia omnia à se ipsis se habere putant. Odiosum vitium & DEO. *Ff. 1. Luc. 19. Et hominibus.* Hinc Cicero: omnes oderunt immemorem beneficii. Ausonius. Nil homine terra pejus ingrato creat. Qvia ingratitudinem seqvitur impudentia, qvæ dux est ad omnem turpitudinem. Xenophon verum de ingratis. Prov. 17. qvi malum pro bono reddit etc. Adde Sap. 16. Exempla. Sic Pharao & Ægyptii immemores Josephi Exod. 1. Hinc pœnæ illis Exod. 14. Nabal ingratus in David 1 Sam. 25. Joas in jojadā. 2 Chron. 24. etc.

7. Impios, qvi nullum jus & fas curant, sed qvi planè impié vivunt, & ab omni vitæ sanctimonia abhorrent. Esa. 3: 11.

8. Inhumanos, qvi omnem exuerunt humanitatem, & amorem suorum. qvos natura ipsis conjunxit; qvorum malis non condolent, sed bona potius eis invident.

9. Foedifragos, qvi pacta non servant, non stant promissis, nemini fideles, ne benefactori qvidem. Mendacium est ex Diabolo. 1. Reg. 22: Joh. 8: Act. 5. Hinc Filii mendaces, Apoc. 3. Joh. 8. Jac. 3. verum Syrach. 7: 13. 14. Ne mentiaris ita Paulus Eph. 4: Coll. 3. qvare. qvia Deus Odit Proverb. 6. punit, Psalmo 5. Proverb. 19.

10 Calum-

10. Calumn... res, qvi alios traducunt; Est vitium hoc Diabolicum â Diabolo enim nomen habet. Fur malus, Calumniator pejor Syr. 5: conf. Matth. 5: Jer. 18. Pſ. 5. Rom. 3. Jer. 9. Pſ 64: Pſ. 120. Pſ. 58 Pſ. 52. Pſ. 57. Proverb. 18. Syr. 28. Exempla Ziba. 2. Sam. 16. Potiph: Gen 39: Duo ſenes in Hiſt. Suſ.. Doeg 1. Sam. 22. Verum prohibetur expreſſe â Deo in 8, præcepto, ſic & Lev. 19: 16 Prov. 4: Sap. 1. Syr. 5. Eph. 4. Jac. 4.

Uterius & nominat

11. *Intemperantes*, 12. *Immites*, 13. *Negligentes bonorum*, 14. *Proditores*, 15: *Præcipites*, 16: *voluptatum potius amantes*, *qvam* Dei. qvibus digitum intendit Apoſtolus in eos qvi *vel cupiditatibus ſuis* laxant habenas, vel familiaritatem bonorum non curant, ſed eos potius odio proſeqvuntur, revelantes ſecreta Prov. 11: 13. & ſcindentes hoc pacto amicitias, vel deniqve proter vi ſunt & temerarii in qvibus nihil fixũ, nihil firmũ, qvia Deo ſervire non poſſunt, dum ventri ſerviunt. Matth. 6. ideoqve

17. Concludit: tales videlicet ſpeciem habere pietatis, virtutem a. ejus abnegare. Habitu oves, aſtu vulpes, actu & crudelitate lupi. Bernh. Hypocritæ, qvi fidem jactant, re ipſa non habent dicunt ſe noſſe Deum, ſed factis negant Matth. 23. Tit. 1. Auditores, non factores. Jac. 1: Talis Herodes. Matth. 2. Rex Ahab. 1. Reg. 21. Phariſæi Matth. 5. Gehaſi 2 Reg. 5. Qvin horum mundus eſt plenus. Qvos Deus novit. Syr. 23. 1. Sam. 16. Jer. 17. Pſ. 139. Syr. 15. Ebr. 4.

L. C. Uſus.

*ratione cujusvis Ecclesiæ redar[gu]ndo vitia, & hortan-
do ad illa quæ Deo grata sunt.*

Sic reperiuntur etiamnum in mundo huius modi vitia. Passim sunt, qui pietatis speciem præ se ferentes improbitatem per opera constituunt. Pro Dei amatoribus, sunt vanæ gloriæ cupidi, & pecuniarum amantes; pro iis, qui verâ animi submissione Deum colunt, sunt superbi & blasphemi; pro liberis bene educatis sunt immorigeri, qui parentum jugum contumaciter excutiunt. Charitas refrixit; fides in partis diminuta, modestia, temperantia, imitatio bonorum, mansuetudo periit. Hos. 4. 1. 2.

Hinc mundi finem instare colligimus, juxta vaticinium Christi Matth. 24. 6. Non E. dicemus Ubi est promissio etc. 2. Pet. 3. 4. Sed parati simus; Nam beatus servus, cum enim venerit Dominus ejus invenerit bene facientem etc. Matth. 24. 46.

De Cætero docet

II. PAKS

Quid nobis faciendum sit inter tot hominū vitia, dum dicit Apostolus. amicitiam eorum ne desideres;

qvin &

qvin & ipsa vitia fuge. Rom. 6. 12. Quia Deus cordium scrutator videt. Angelus assistit arbiter; Mors minatur, Diabolus accusat Conscientia mordet. Infernus dilatat rictum. Qvomodo 4. qveamus evitare huiusmodi vitia, docet Tobias ille senior Tob. 4. 6. scilicet 1. Deus timendus. 2. Prudentia Christiana servanda 3. peccatum in se considerandum 4. Cupiditates coërcendæ 5 verbum Dei audiendum. 6. Pœnitentia qvotidie facienda. 7. Deus orandus. 8. Cœna Dominica celebranda. 9. Conscientia quotidie examinanda. 10. Omnis occasio vitanda. 11. Extrema semper cogitanda. Syr. 7. Hæc si fecerimus. O nos beatos! Deus qvi velle dedit, dabit & operari Phil. 2. ducet te in viam rectam. Ps. 143. Confirmet te. 1. Pet. 5. tandem ducet te in æternam beatitudinem!

Vot. & Conclusio ex 1. Thess. 5. 23.